


Heinrich Rudolph Redecker Christian Arenholtz

Examen iuris ...

Octavum :

Rostochi[i]: Richelius, 1669

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74722708X>

Band (Druck) Freier  Zugang



RU jurist. 13. Nov. 1669/10
Redeker, Heinr. Rudolph.

I. N. D.
EXAMEN JURIS
OCTAVUM, *xxxiii*

333.


16

Quod
Sub PRÆSIDIO
VIRI Excellentissimi atq; Consultissimi
DN. HEINRICI RUDOLPHI
Nedersern / J. U. D. & Prof. Publ.
Facult: Jurid. p. t. Decani spectabilis

Sereniss. Duc: Meckl. Consilarii & Consistorii
Ducalis Assessoris gravissimi.

*Præceptoris, Fautoris, ac Promotoris sui omni debiti honoris
& promptæ observantiæ cultu atatem
venerandi,*

publicè defendet
CHRISTIANUS Ahrenholz /
Barda-Pommeranus.



In Auditorio Majori
d. 13. Novembr.



ROSTOCKI
Typis Jacobi Richelii, Senat. Typograph.
ANNO clæ læc LXIX.

1669


222

Examines
 I. Stephanus 1664
 II. Kleinböcker 1664
 III. -
 IV. -
 V. a. J. 1664
 VI. Pflaum 1664
 VII. Dordrecht 1664

I. N. D.
 EXAMEN
 OCTAVUM

DR. HENRICI RUDOLPHI
 Decanus, U. D. & Pro-
 fessor Jurid. p. r. Decani p. r. d. r.
 Secret. Duc. Meckl. Consiliari & Confessorii
 Ducis Althorici gratissimus

Universitäts-
 Bibliothek
 Rostock



Typis Jacobi Richell, Senae Typographi
 Anno cl. c. lxxix.



F. N. D.

Examen Octavum.

Ad Tit. XVII.

QVIBUS MODIS TESTAMENTA INFIRMANTUR.

Respon-
dente,
CHRIS-
TIANO
AHRN-
HOLTZEN
Bardensi
Pomme-
rano.

Ad Rubr:

1. Quot modis testamenta dicuntur invalida?

1. **I**MPERFECTUM & INIUSTUM, seu non jure factum, h. e. quando solennia juris desunt, & formā sui destituitur, vel testator jus testandi non habet, *l. 1. ff. de injust. rupt. & irr. l. 1. de except: rei jud.* quod etiam nullum dicitur §. 7. *in fin. b. 2.* **FALSUM** *l. 2. §. 1. ff. test. quemadm. aper. l. 11. §. 8. ff. de interr. in jur. l. 2. de cond. in deb.* 3. **NULLUM**, in specie dictum, in quo suus heres est prateritus *pr: Inst: de Exher. liber.* 4. **RUPTUM** §. 1. 2. *b. 1.* 5. **IRRITUM** §. 4.

b. 1. 6. INOFFICIOSUM tit. seq.
7. Si Prætor det bonorū possessionem contra tabulas *l. 2. ff. de B. P. contra tab. §. 12. de her. que ab. int. §. 3. de exb. lib. & Pr.*

2. Quomodo coherens §§. in b. 1. ?

Testamentum jure, h. e. solenniter factū infirmatur vel *cum effectu*, quatenus (1) **RUMPTUR**; sic de testamento rupto agitur in genere *pr: in specie*, quod fit autoritate juris, per agnationem sui heredis §. 1. vel factō testatoris, per mutatā priorē voluntatē, & quidem positivè §. 2. ampliativè §. 3. vel (2) **IRRITUM FIT**, de quo agitur positivè

Ff

§. 4.

§. 4. declarativè §. 5. 6. vel
sine effectu §. 7. quod amplia-
tur §. 8.

Ad §. 1.

3. *Quomodo agnatione sui
heredis rumpitur testa-
mentum?*

Quando factum jure testa-
mentū, in eodem tamē statu
manēre testatore, evertitur;
non testatoris culpā, sed suo
ipsius vitio, adeoq; vi & pote-
state juris, per agnationem
scilicet sui heredis: uti enim
testamentum, sine sui here-
dis institutione aut exhere-
datione, subsistere nequit, sed
nullum dicitur; sic agnatio
sui heredis, sive illa sit natu-
ralis, sive civilis, quat: adoptio
patriam potestatem tribuit
§. 2. de adopt. 1. per C. cod. si-
ve illa vera, sive quasi sit, l. 13.
b. 2. junge Exam. 7. Q. 47. 48.
testamentū, cūterū ricè factū
rumpit §. 1. b. 2. l. 3. pr. §. 1.
3. l. 8. ff. cod. ita ut nec virtu-
te clausulæ codicillaris sus-
tineatur: cum enim clausula
codicillaris ad conservatio-

nem ultimæ voluntatis testa-
toris tendat, hâc cessante, illa
nihil operatur *Gul. 2. obs. 114.*
Si tamen vivo testatore post-
humus decesserit, ruptum a-
gnatione testamentum resti-
tuitur l. 12. b. 1.

4. *Nonne aliis etiam mo-
dis rumpitur testamen-
tum?*

Uti agnatio sui heredis, sic
etiam legitimatio, quæ jus
suorum heredum tribuit, tes-
tamentum rumpit arg. §. 2.
ff. de her. qui ab int. Nov. 89.
c. 8. 9. Nec non olim, conven-
tione in manum, mulier ma-
rito sui heredis loco erat, &
rumpebat testamentum *Ul-
pian. in fragm. tit. 22. 23.*

Ad §. 2.

5. *Quomodo mutata vo-
luntate testamentum
rumpitur?*

1. Si, prioribus tabulis in-
tegris manentibus, testator
aliud testamentum condat,
tunc enim, quia ambularo-
ria est hominis voluntas ad
extremum spiritum, l. 4. de
adint.

adim. leg. l. 1. C. de SS. Eccl. prius, quamvis ejus in posteriori nulla sit facta mētio, ipso jure tollitur l. 21. §. 3. l. 27. C. de Testam. l. 6. §. 2. ff. de Jur. Cod. Nec refert, si clausula derogatoria priori testamento sit subjecta l. 22. pr. ff. de leg. 3. cujus l. interpretationem videtis apud Cujac. l. 14. Obs. 7 junctā l. 6. §. 2. d. jur. Cod. l. ult. pr. d. legat. 2.

Aut si forte nullus ex posteriori heres exiterit, quia id tantum post mortem testatoris sit ex accidēti, nec ideo potest restituere testamentū semel ruptum l. 16. ff. b. r. (2) Si testatorem ita pœnitentat voluntatis, ut accedat realis mutatio, quæ explicatur incisione, inductione, cancellatione, deletione, aut revulsionem sigillorum l. 1. §. 1. ff. de his quæ in testam. del. l. 12. l. pen. C. de testam. (3) Si nõ adeat hereditas, adeoq; testamentū illud dicatur DESERTUM vel DESTITUTUM, §. 2. b. §. 7. de her. quæ ab intest. l. 9. §. 2. de lib. & postb. l. ult. de cond. instit. l. 1. ff. ubi

etiam dicitur irritum, ff. b. r. l. 20. de bon. poss. cont. tab. Ulp. d. rit. 23. §. 3. junge §. 5. b. r. 6 Sed quid si in utile sit posteriorius testamentum? Prius, nisi posteriori rite fuerit perfectū & consummatum, non rumpitur §. 7. b. r. d. l. 21. §. 3. l. 27. C. de testam. quamvis contra rationē juris pronunciatū sit in l. Clodius 76. ff. de Acquir. hered. ubi Gl. junge l. 38. ff. de minor. Si tamen posterior sit jure militari factum, vel in eo heres, aliās ab intestato successurus, sit scriptus, tunc illud, propter favorem militis testantis, hoc autem, propter duplex vinculum, quia provisio hominis cum dispositione legis concurrit, sustinetur l. 2. ff. b. r. interim d. l. 2. à Triboniano interpolata videtur arg. l. 21. §. 3. C. de Testam. Gloss. ad d. l. 2.

Ad §. 3.
7 Si autem in posteriori tantum ex re certā sit heres scriptus?

Quia nemo potest pluribus
Es 2 testa-

testamenti *arg. S. 13. J. de Testam.* vel pro parte testatus & pro parte intestatus, decedere §. 6. *de her. inst. l. 7. ff. de R. J.* in posteriori testamento scriptus ex asse fit heres *l. 29. ff. ad SC. Trebell.* adeoq; rei certæ mentio, tanquam in possibilis conditio, pro non scripta habetur *l. 1. S. 4. l. 9. S. 13. l. 10. 11. ff. de hered. instit. junde S. 10. Instit. eod.* nec refert si accrescendi jus testator prohibuerit *l. 74. ff. b. t. junctâ l. 27. de R. J. §. 8.* Sed nonne tenetur is heres, retentâ quartâ, hereditatem priori heredi ex fideicommissio reddere?

Si testator in posteriori testamento jubeat prius valere, tunc prius, ex voluntate testatoris, quæ aliàs jure summo inanis videtur, in vim fideicommissi sustinetur, ideoq; ille heres posterior, deductis illis quæ sibi relicta sunt, vel suppletâ quartâ trebellianicâ, quæ hic, respectu originis & similitudi-

nis falcidica vocatur *arg. S. 5. § 7. ad SC. Trebell. junctâ l. 18. 86. 93. ff. ad L. Falc. id. l. 58. §. 3. ad SC. Treb.* tenetur hereditatem priori reddere *§. 3. b. t. l. 29. ad SC. Trebell.* quia vis prioris testamenti, quod ipso jure ruptum est, in causam fideicommissi conversa intelligitur *l. 19. de Test. mil.*

Ad §. 4.

9. Quodnam testamentum dicitur irritum?

Quod statu testatoris mutato infirmatur, dum scilicet testator quæcumque; capitis diminutionem passus est *§. 4. b. t. l. 6. §. 5. l. 12. b. t. l. 6. ff. de cap. dim.* quoniam res ad eum casum pervenit, ad quod non potuit inchoari, cum testator paterfamilias quæ ovalitas tempore conditi testamenti, & tempore mortis, requiritur, esse desinat, nã hoc impedimentum juris est *§. 1. Inst. quib. non est permiff. juncto §. 6. b. t. §. 4. de hered. qual. & differ.* Sic eorum etiam qui capite damnati, vel, ob conscientiam

scientiam criminis, mortem sibi consciverunt, testamentum dicimus irritum d. l. 6. §. 6. 7. b. t.

Ad §. 5.

10. Quæ & quotuplex est significatio irriti-

Verba, quæ rerum significandarum gratia reperta sunt, uti dicitur §. 29. J. de Legat. plures admittunt significaciones: adeoq; modo sumuntur proprie, in nativâ significatione l. 125. de V. S. modo improprie, quando subjectæ materiæ ratio id postulat §. 1. J. qui & ex quib. l. 2. §. 1. ff. testam. quemad. aper. l. 16. §. 4. ff. de fidei. modo usualiter l. 7. §. 1. ff. de suppell. leg. modo interpretative l. 1. de V. S. modo figuratè & tropicè l. 4. ff. de adim. leg. l. 1. de O. J. l. 1. ff. de Senat. Sic voces irritum & ruptum, ad exemplum adoptionis, cognationis, conventionis, servitutis, actionis &c. modo sumuntur genericè, & sic promiscuè alteri pro altero, modo autè specificè, & sic semper oppositi-

vel. 2. §. 1. testam. qu. aper. l. 11. §. 8. de interr. in jur. fac. l. 2. de cond. indeb. hæcenus tamen distinguendum videtur, inter irritum esse, quod nunquam constitit, & irritum fieri; quia hic privatio præsupponit habitum.

Ad §. 6.

11. Nonne interdum testamentum ex statu mutato irritum convalescit?

Affirm; si enim is, qui maximam vel mediam capitis diminutionem passus est, tempore mortis fuerit civis Romanus, scilicet damnatus restitutus à Principe, vel captivus postliminio reversus fuerit, ejus testamentum iterum convalescit l. 6. §. pen. b. t. Si autem per adoptionem quis in alterius potestatem concesserit, & rursus sui juris factus sit, tunc Prætor scripto heredi succurrit, dando illi bonorum possessionem secundum tabulas, dummodo testator novam suam voluntatem declaraverit l. pen. §. 2. ff. de bon. poss. sec. tab.

Ff 3

Ad

Ad §. 7.

12. *Potestne etiam nudā voluntate testam: in- firmari?*

Quia testamentum nudā voluntate non conditur, ita nec simplici voluntate annullatur *arg: l. 35. l. 100. ff. de R. 7.* sed requiritur, ut contraria voluntas solemniter, vel apud acta, vel coram tribus testibus declarata sit, & decennium, à tempore conditi prioris testamenti, præterierit *l. 27. C. de Testam:* Nec refert si testator aliud, testā: quod tamen nondum perfectum est, facere cœperit, quia imperfectum pro nullo habetur *arg. l. 1. ff. de inj. rupt. & irrit. d. l. 2. testam: qu. aper.* Excipitur 1. testamentum militis. 2. Parentis inter liberos *l. 21. §. 1. C. de Testam: Nov: 117.* 3. Si in posteriori illo imperfecto testamento, aliter ac in priori, is scriptus sit heres, qui aliàs ab intestato successurus est *l. 2. ff. b. t. tunc enim secunda voluntas, quinque; testium ju-*

ratorum depositionibus firmata, quasi voluntas ultima intestati, valet, *d. l. 21. §. ult:*

Ad §. 8.

13. *Nonne Principis institutio testamentum imperfectum sustinet -*

Neutiquam, quamvis enim à quibusdam Impp. illud, fisci augendi causā, injuriā usurpatum, Svet. in Calig. c. 38. & Domitianum c. 12. tamen D. Pertinax, ut refert Capitolinus in ejus vitā, hoc abrogavit, & SCo. hæc verba addidit: *Sanctius est, P. C. inopem Rempb. obtinere, quam ad divitiarum cumulum per discriminum atq; dedecorum vestigia pervenire:* unde Trajanum suum etiam laudat *Plin. in Panegyr. junge l. 3. & 20. C. de Testam.*

14. *Est ne Princeps LL. solutus?*

Disting: *Inter potestatem Principis, quā, qt. abutitur, ejus regimen, indigno Principis nomine, in tyrannidem vel dominatum degenerat, & salutem populi, quæ suprema*

prema lex esse debet, negligi, a nullo potest cogi, hinc Tacit: quomodo sterilitatem Enimiasimbres, Scatera natura mala, ita luxum & avaritiam dominantium tolerate: Et inter officium Principis, qvod describitur Psalm. 101. qvo digna vox est majestate Regnantis, Legibus alligatum se Principē profiteri l. 4. C. de LL. qvia nihil tam proprium Imperii est, qvam

legibus vivere, d. l. 3. C. de Testam. Hinc Plin. in d. Patneg: vita Principis censura est eaq, perpetua, ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur, nec tam imperio nobis opus est, quam exemplo: quippe infidelis recti Magister est metus, melius homines exemplis docentur. Sic Principatum inter & Regnum non in elegans videtur discrimen, qvod tamen ratio status spernit.

Ad TIT: XVIII.
DE INOFFICIOSO TESTAMENTO

Ad Rubr: & Pr:

15. *Quanam est connexio §§ in hoc tit?*

Querela in officiosi exponitur, vel in causis externis formali & pr: in personis eam instituentibus §. 1. qvibus tunc datur, qvando alio jure ad hereditatē legitimam venire nequeunt §. 2. vel aliquid sibi relictum habent, qvod proponitur §. 3. & declaratur in persona tutoris §. 4. pupilli §. 5. vel rei ipsius qvualitate & qvuantitate §. 6.

16. *Quid est inofficiosum testamentum?*

Est Testamentum quod quidem solenniter, sed frustra h. e. contra officium pietatis, liberis, parentibus, fratribus ac sororibus debitum, ad privationem legitime hereditatis, est ordinatū, pr: Inst: l. 2. l. 8. §. 16. ff. h. t. Paul. 4. sentent: tit: 5. dicitur alias inprobū, qvia est contra leges, inofficiosum & ingratum, contra merita,

merita, *inhumanum*, contra pietatem. — Unde hæc querela dicitur auxilium æquitatis *l. 2. C. de in off. donat.*

17. *Quid est querela in officioso?*

Est actio in rem universalis, qua Testamentum, contra officium pietatis factum, rescindi, & hereditas legitimo heredi restitui petitur, *pr: Inst. l. 2. 3. 4. ff. b. t. l. 3. C. de petit. her.* Adeoq; hæc querela non tantum ad impugnandum testamentum, sed & ad restituendam hereditatem, tendit, *l. 8. §. 8. l. 12. §. fin. l. 15. §. 2. l. 21. §. 1. 2. ff. b. t. Et sic querela rescindens ac rescissoriū iudiciū simul comprehendit, quia sub querelā iniquitatis etiam hereditatis peritio obliquè exercetur, eaq; obtinetur *l. 27. §. 3. ff. b. t. l. pen: ff. de bon: poss: cont: tab. nā querelam intentans pro herede ab intestato habetur l. 1. C. b. t.* Potest tamen querela per exceptionem, quando exheredatus est in possessione hereditatis, etiā opponi *l. 8. §. 13. b. t. junctā l. 156. §. 1. de R. J.**

18. *Unde descendit hæc querela?*

Non ex L. XII, tab. ut putat *Theoph.* nec ex L. Glicia, ut *Cujac. 14. Obs. 14.* aut aliā aliqvā lege oritur, sed vera ejus inductio est consuetudo, nam ad eam nusquam aliunde citatur auctoritas, quàm ex moribus aut foro, quia rescindit Jus civile *l. 8. §. 8. de B. P. cont: tab. l. 2. 8. pr: ff. b. t.* hinc inducta dicitur *pr: b.* Hoc nim quod verbū ad jus, quod ex interpretatione prudentum fluit, plurimum refertur *l. 2. §. 5. de O. J. l. 32. de LL. l. 2. de vulg. & pup. subst. vide Valer. Max. l. 7. c. 7.* Illud tamē inductum jus, postea, ut fieri solet, leges adprobarunt & declararunt *t. t. ff. & Cod. b. resq;* illo colore apud judicem defenditur, ut videatur ille quasi non sanæ mentis fuisse cum testamentum iniquè ordinaret *d. l. 2. l. 5. b. t.* Si proinde querela hæc ex L. aliqvā esset, non opus foret, colorem aut prætextum aliunde sumere, quia tunc exlegedaretur actio *arg. l. un. de cond. ex leg.*

19. *Que-*

19. *Quanam est causa impulsiva?*

Quod olim, cum & L. Romuli patri in liberos vitae necisq; potestas esset l. 11. ff. de lib. & postb. ex hereditio, quæ ad patrem, & præteritio liberorum, quæ ad matrem aliosq; quorum silentiū tacita exhereditio est l. 12. pr: de bon. libert. l. 8. de B. P. contr. tab. refertur, impunè fieri poterat: ideoq; asperitas illa posteriori jure, & præprimis Justiniano, restricta est, ut exhereditio, nisi causâ adscriptâ, eaq; justâ & ab herede probatâ sit, effectivè non valeat, sed testamentum per querelam inofficiosi rescindatur Nov. 118. c. 3. Quamvis multi id ipso jure nullum dicant.

20. *Quæ est causa finalis?*

Ut, rescisso per querelam testamento, legitima hereditas exheredito reddatur: siquidè hodiè non totū testamentum, ut olim l. 2. 3. 13. 28. ff. b. t. sed institutio duntaxat heredis, quæ est formale

totius testamenti requisitū, rescinditur, cætera omnia, ut legata & fideicommissa, beneficio novæ constitutionis, conservantur *Auth. ex causâ C. de lib. præter.*

Ad §. 1.

21. *Quibus competit hæc querela?*

1. *Liberis* utriusq; sexus in testamento parentis exhereditatis, vel præteritis, scil. illâ præteritione quæ pro exheredatione habetur. Et ita tam posthumis, quàm antea natis, §. 2. b. l. 4. in fin. C. de lib. præter. tam legitimatis, quàm legitimis Nov. 89. tam adoptivis, quàm naturalibus §. 2. Inst. b. tam emancipatis, quàm suis Nov. 118. c. 3. junctâ, Nov. 118. c. 1. l. 23. ff. b. t. tam nepotibus, quàm filiis l. 7. C. b. t. Uti autem, vivente adhuc filio, nepoti in bonis avi nihil juris competit, ita nec querelam habet arg. §. 2. in fin. Inst. de hered. quæ ab intest. l. 6. de injust. rupt. l. 9. §. 2. ff. de lib. & postb. l. 4. §. 1. ff. de B. P.

Gg

cont.

cont. tab. Ad suos autem heredes actio hæc, ex solâ comminatione; ad extraneos autem, si præparata sit, transmittitur *l. 7, b. t. junge l. 34. C. b. t.*

2. *Parentibus*, etiam adoptivis *l. 30. ff. b. t.* & quidem turbato mortalitatis ordine, tum propter gratitudinem educationis, tum ex ratione, commiserationis *S. 1. J. l. 15. 39. ff. l. 28. C. b. t. Nov. 118. in præfat. S. 2. Nov. 115. c. 4.*

3. *Fratribus & sororibus germanis aut consanguineis*, non autem uterinis, quippe

quos Imp: Constantinus à querelâ exclusit *l. 27. C. b. t. l. 1. C. Ib: eod.*, minus ulterioribus *l. 1. ff. l. 21. C. b. t.* Fratribus autem non aliter, quam si turpis persona sit heres scripta, datur *S. 1. J. l. 1. ff. l. 27. C. b. t. l. 24. ff. eod.*

22. *Quanam & quot sunt cause ex quib. querela cessat?*

Illæ quæ novis constitutionibus sunt definitæ, harum, in personâ liberorum, QUATUORDECIM enumerantur in *Nov. 115. c. 3.* quæ hisce versibus includuntur:

Bis septem ex causis exheres filius esto,
 Si patrem feriat, vel maledicat ei,
 Carcere detrusum si negligat, aut furiosum,
 Criminis accuset, vel pareat insidias,
 Si dederit damnum grave, si nec ab hoste redemit,
 testarive vetet, se societive malis,
 Si mimos sequitur, vitietive cubile paternum,
 Non Orthodoxus, filia si meretrix.

In persona Parentum Octo, *d. Nov. c. 4.* de quibus hæc versiculi:

Si capitis natum pater accusaverit, Ejus
 aut vite insidias clamorè palamve struat,

Si veluit

Si vetuit cupidum secreta novissima mentis.

*Prodere, nec veritus sit temerare nurum,
Si pater & genitrix tibi fata scelestam inentur,*

*Fulcra nec ad nati clausa furentis eant,
Filius auxilio si non patris hostica liquis*

Limina, si genitor Numen inane colat.

In persona fratrum aut sororum TRES exheredationis causas, ex Nov. 22. c. 47. desumptas, DD. his versibus comprehendunt.

Pellitur à fratre frater causis tribus, ut si arguit hunc sceleris, vel ei vult tollere vitam, vel si jacturam rerum sibi moverit unquam.

Hæ autem causæ vel tunc ad excludendum fratres & sorores obtinent, si maxime turpis persona sit instituta, cum cæterum fratres & sorores se invicem instituere vel exheredare non teneantur d. l. 27. C. b. t. vel potius ad excludendos fratres à lucro nuptiali, vel à successione ejus fratris cui injuria illata est, pertinent, vide Gl. ad d. Nov.

23. Nonne etiam similes vel majores ingratitude causa admittuntur?

Non quidem ex Legibus antiquis desumenda, hoc enim foret contra Imp: Justiniani expressam intentionem ac prohibitionem d. Nov. 17.

Quoniam tamē hom: natura semper deproperat novas edere rerum formas 2. F. 24. l. 2. §. 18. C. de V. J. E. & pro

ratione modernæ politia, seu status Imperii, in multis à sanctione juris communis recedatur, etiam similes, quin majores causas, admittimus, quod nisi ex collatione casuum, cum causis in dictâ Nov: expressis, velimus concedere, nulla circa præsentem materiam admittenda foret æquitatis vel justitiæ interpretatio.

Ej 2 24 Qua.

24. *Quanam Imp: Justinianus circa querelam jure*

Nov: introduxit?

1. Legitima olim fuit quar-
ta, hodiè est triens vel semis
l. 6. C. b. t. junctâ Nov. 18. c. 1.
Auth. novissima C. b. t. 2.
Olim causæ exheredationis
erât diffusæ & indetermina-
tæ *l. 7. C. de bon. damn. sed Nov:*
15. c. 3. & 4. certo numero,
sunt definitæ. 3. Olim cau-
sa exheredationis non erat
necessariò in testamento ex-
primenda, sed hodiè illud fit
omniñò cum elogio *d. Nov:*
15. c. 3. 4. Olim filius exhe-
redatus cogebatur probare
se non mereri exclusionem
l. 1. §. 1. ff. l. 28. C. b. t. ast ho-
diè heres causam probare
tenetur *d. Nov: 15.* 5. Olim,
rescisso per querelam testa-
mento totum subverteba-
tur, nec legata aut fideicom-
missa debebantur *l. 8. §. fin. ff.*
l. 13. C. b. t. hodiè institutio
heredis duntaxat infirma-
tur, *d. Nov: 15. Auth. ex causâ*
C. de lib. præ.

25. *Estne testamentum, si*
nulla, vel injusta causa ad-
jecta, eaq; nec ab herede
probata fuerit, ipso jure
nullum?

Non, quamvis enim exhe-
redatio ita facta inefficax sit,
attamen testamentum non
potest ideo dici ipso jure nul-
lum, sed ab initio consistit,
adeoq; exheredatus cum ef-
fectu instituit querelam, &
hereditatem testatoris ad
intestati causam redigit. Si-
quidem non fuit Justiniani
propositum querelam illo
casu tollere, sed expeditio-
nem viam inpugnandi ex-
heredatis facere. Primum
itaq; exheredationis effe-
ctum, ne testamentum sit i-
pso jure nullum *arg. l. 30. ff.*
de lib. præter. Legislator in
d. Nov: retinuit: postero-
rem autem, ut exheredatus
excludatur à legitimâ here-
ditate, valdè restrinxit, & ita
injuriam exheredationis in-
firmavit. Hinc competit
querela exheredato, sive ni-
hil

hil possit heredi instituto op-
poni, sive planâ viâ testamen-
tum tanquam inofficiosum
infringi, qvia sufficit facta ex-
hereditatio ut testamentum
initio consistat.

Ad §. 2.

26. *Quid si exheredatus
alio jure ad legitimam he-
reditatem venire possit?*

Qvoniã remedium hoc
est odiosum *arg. pr: b. & ex-
traordinarium*, qvat: actum
legitimum, seu jure substi-
stentem, rescindit, unde di-
citur ultimū adjutorium, in *l.
fin. C. de lib. pr. et. ideo illis non
datur, qvi vel civili vel præ-
torio jure, salvo tamen testa-
mento, ad paterna bona, ve-
nire possunt d. l. fin. juncta l.
16. ff. de min.* Sic non potest
concurrere cum aliis reme-
diis testamentum non infir-
mantibus, sed bene cum illis
qvæ similiter testamentum,
ceu ruptum vel irritum, in-
pugnant, *l. 8. §. 12. b. t.* adeoq;
inpuberi arrogato & exhere-
ro, non datur hæc, sed illa a-
ctio, qvâ quartâ D. Pii petit,
§. 3. J. de adopt. d. l. 8. §. 15. b. t.

Ad §. 3.

27. *Quid si aliquid duntaxat exheredato in illo te-
stamento relictum sit?*

Et tunc cessat qverela hæc,
qvonã is ultra quartam le-
gitimam exigere neqvit; si-
quidem verecundiæ limites
transire videtur qvi nihilo-
minus testamentum pater-
num in officiosum dicere
molitur. Si itaq; minus quar-
tâ sit relictum, ad supple-
mentum, duntaxat, ne testa-
tor insanæ mentis audiat, a-
gere debet, idq; ex constitu-
tione Justiniani *l. 30. C. b. t.*
nam & olim ex Constan-
tin: constitutione, si testator
id jusserat, boni viri arbitra-
tu illa supplebatur *l. 4. C.
Theof. eod.*

28. *Quid est quarta legi-
tima?*

Est legitima qvædam por-
tio hereditatis, qvæ certis
personis, ut subsistat testa-
mentum, est relinqvenda,
*arg. Nov. 18. & Auth. novissi-
ma C. b. t.* dicitur legitima,

Gg 3

qvia

quia est ex lege aliqua *l. 190. de V. S.* dicitur portio hereditaris, *tum* quia filius vivente patre nihil juris habet in legitimâ *l. 1. §. 21. ff. de collat. bon.* siquidem computatio ejus ad tempus mortis refertur *l. 6. §. 35. §. ult. C. b. t. l. 24. ff. quæ in fr. cred. tum* quia, deducto demum ære alieno *l. 8. §. 9. b. t. &* quidem ex omnibus defuncti bonis, cū alias sciri non possit, computatur *Nov. 18. c. 1. d. l. 24. l. 30. 73. ff. ad L. Falc.* in eamq; omnia, quæ ex bonis defuncti profecta sunt, imputantur *l. 8. 29. 35. §. ult. C. l. 25. ff. b. t.* Est tamen quarta bonorum quatenus in re certa est à testatore relicta *l. 13. ff. de her. inst.*

29. Quenam L. introducit hanc legitimam?

Quæ nam lex ante Justinianum quartam legitimam definiert, non est pudor ignorare *arg. l. 20. ff. de LL.* Alii quidem eam referunt ad L. Gliciam; alii ad constitu-

tionem D. Marci; alii ex L. Falcidia eam deducunt; alii ad exemplum Falcidiæ introductam opinantur. Sed uti L. Falcidia demum tempore Augusti lata est, hanc legitimam longe antiquiorē reputamus illâ, cum non sit verosimile potestatem quærelam inofficiosi movendi tam diu promiscue fuisse licitam, hinc dicitur antiqua quarta *Nov. 18. c. 1. in fin.*

30. Quot sunt in jure quartæ?

Præcipue quatuor 1. ex constitutione D. Pii, i. e. Antonini, de quâ *§. 3. f. de Adopt.* 2. Legitima, de quâ h. 3. Falcidia, de quâ *tit. 22.* 4. Trebellianica, de quâ *tit. 23.* junge tamen *§. 14. Inst. de her. que ab int. & Auth. præterea C. unde vir & ux.*

31. Potestne legitima Lege vel statuto tolli?

Uti jus civile à naturali, per modum determinationis, deducitur, sic ipsa successio liberis competens, quia

quia jure naturali debetur, lege civili non potest planè tolli, illa tamen quantitas, quæ jure civili est determinata, & formaliter legitima dicitur, contrariâ lege minui quidem, & augeri, non tamen omnino tolli potest. l. 7. §. fin. unde lib. Hinc jure Lubecensi de bonis hereditariis pater ne quidem testari potis est p. 2. tit. 1. art. 1. Sed parentum ac fratrum successio tale jus radicum in ratione naturali non habet, uti successio descendendum §. 2. de her. qual. & diff. d. l. 7. §. ult. ff. unde lib. junde tamen Praefat. Nov. 1. §. 2. l. 5. §. 16. ff. de agn. & al. lib. adeoq; non omnibus, qui aliâ ab intestato succedunt, eadem necessitate aliquid relinquendum est in testamento, ut id subsistat.

32. *Quæ est quantitas hujus legitima?*

Olim erat quarta pars hereditatis ab intestato liberis debitæ, seu universorum bonorum, vel totius substantiæ,

inter omnes liberos pro ratâ distribuenda l. 8. 6. ff. l. 6. l. 31. C. eod. l. 2. C. de inoffic. donat. l. 4. C. de lib. pret. hodiè est triens, vel semis Nov. 18. c. 1. unde versiculus

*Quatuor aut infra dant natis jura trientem,
Semissem vero dant natis quinç, vel ultra*

nomen tamen quartæ, licet res mutata sit, hodiernum manet. Et sic pater de reliquo hereditatis octuncio potest pro lubitu disponere d. Nov. 18. c. 1.

33. *Estne eadem quantitas legitima in ascendentibus & collateralibus?*

Augmentum legitima in Nov. 18. determinatæ difficulter, ex intentione legislatoris, ad parentes & fratres posse referri, multi DD. ex Rubr: & prefat. d. Nov. concludunt. Sed contrariū tum ex æquitate, quæ in ratione correlatorum consistit, tum ex d. Nov. in fin. ibi: hoc observando in omnibus personis &c. magis verosimile est:

34. *Quæ*

34. Quo Jure repletur id quod quarta legitima deest

Olim si testator in testamento jusserat illam quartam boni viri arbitrato suppleri, ex constitutione Constantini fiebat *l. 4. C. Tb. b. t.* Hodiè ex constitutione Justiniani, etiamsi testator id non jusserit, datur condictio ex *l. 30. C. b. t. Nov. 115. c. 5. junctâ l. un. ff. de Cond. ex leg. quæ, ad exemplum actionum personalium, est longissimi temporis arg. l. 2. C. de const. pec. l. 7. C. de prescr. 30. vel 40. ann. quamvis querela inofficiosa, ex die aditæ hereditatis, quinquennio finiatur *l. 34. l. pen. C. b. t.**

Ad §. 4. & 5.

35. Qui legatum agnoscit, potestne idem inofficiosa querelam intentare?

Qui judicium testatoris quoquo modo probavit, utpote si legatum ex testamento petat, non potest illud per querelam hanc impugnare *l. 11. ff. l. 8. §. 1. l. 31. §. ult. C.*

b. t. quæ regula etiam contra Advocatos tenet l. ult. C. b. t. Secus si tutor exheredatus pupilli nomine legatum petat, nihilominus is suo nomine potest querelam intentare, *§. 4. b. t.* Vel si pupilli exheredati nomine testamentum frustra impugnaverit, suo tamen nomine legatum petere potest *§. 5. b. t.* quia utroq; casu tutor nihil fecit sponte, sed officii ratione coactus *l. 30. b. t.*

Ad §. 6.

36. Quo titulo debet legitima relinquere?

Quod hodiè titulo institutionis relinquere debeat, communis vult DD. opinio, tum quia ille titulus est honorator titulo speciali *l. 5. §. 6. ff. de leg. prest. l. 1. l. pen. §. 2. C. de necess. serv. her. l. 36. pr. ff. de excus. tut. tum* quia id novissime dispositum putant in *Nov. 115. c. 3. pr.* Sed contrariū probabilius videtur tum per *§. ult. Inst. l. 8. §. 6. l. 30. C. b. t. Nov. 18. c. 1.* quæ LL. per *Nov. 115. c. 3.* neutiquam correctæ

correcta sunt, cum nec vestigium ejus correctionis in *d. Nov.* ullū occurrat; *tum* quod nec exheredatus sit, nec ullā ratione querelā inofficiosa habeat, cui ex titulo institutionis portio quædā hereditatis relicta est, cum debeat ad supplementum agere *d. l. 30. b. s.* nec potest testamentum subsistere nisi filius sit institutus vel exheredatus; *tum* quod à titulo honoratorii, qui tamen

hic nec satis clare probatur, ad correctionem juris, nisi de hac expressè constiterit, non rectè inferitur; *tū* quia legislator in *d. Nov.* non de eo, quomodo legitima relinqui debet, sollicitus est, sed qui constructui testamentum, ut factā exheredatione subsistat, debeat. *tum* quia nec jus canonicum dissentit *C. Raynutius X. de Testam. c. si pater, de Testam. in 6.*

Ad TIT. XIX.

DE

HEREDUM QUALITATE ET DIFFERENTIA.

Ad Rubr.

38. *Quanam est connexio §§. in b. t. ?*

Effectus testamenti non infirmati est hereditatis acquisitio, quæ respicit vel personas acquirentes, seu heredes, vel modum acquirendi. De heredum *differentia* agitur in genere *pr.* in specie, vel quatenus sunt **NECESSARI** §. 1. vel **SUI ET NECESSARI** §. 2. vel **EXTRANEI** §. 3.

de horū autē *qualitate* tractatur §. 4. modus acquirendi, seu aditio, consideratur vel in ipsis heredibus §. 5. vel in se, quatenus sit dicto aut facto §. 6. cui contrariatur repudiatio §. 7. vel facto tantum §. 8.

Ad Pr.

39. *Quomodo heredes definiuntur & dividuntur?*
 Heredes, ab hero dicti §. *Hb* ult.

ult. b. l. i. pr. de success. edict.
 quatenus hereditatem, quæ
 defuncti locum obtinet *l. 31.*
de ber. inst. l. 34. de A. R. D. &
pro domino habetur l. 61. ff.
d. i. adeunt, sunt successores
in universum jus quod de-
functus habuit l. 24. de V. S.
 & vel necessarij, vel sui & ne-
 cessarii, vel voluntarii & ex-
 tranei *pr. b.* Dicuntur autem
 successores juris, tū quia he-
 reditas in jure consistit, *S. 1.*
J. l. 1. ff. de R. D. l. 50. ff. de
ber. pet. l. 119. 178. S. 1. de V. S.
 tū oppositivè ad alias quales-
 cunq; successores *l. 24. S. 1.*
ff. de damn. inf. l. 21. S. 2. ff.
de Pecul. l. 58. d. O. & A.

Ad §. 1.

**40. Quis est heres necessa-
 rius?**

Servus, qui à testatore, in
 cujus potestate est, heres in-
 stituitur, *S. 1. b.* is enim, etiā
 sine libertate institutus, ex
 præsumtā voluntate testato-
 ris fit liber & heres necessa-
 rius *S. 1. 2. qui & ex quib. caus.*
man. l. pen. C. de serv. nec her.

dummodo ex eodem testa-
 mento simul libertatem &
 hereditatem consecutus fue-
 rit, quia illa duo, in eum effe-
 ctum, inseparabiliter con-
 juncta sunt *S. 1. J. l. 84. pr. S.*
1. ff. de ber. instit.

Ad §. 2.

**41. Qui sunt sui & necessa-
 rii heredes?**

Sunt liberi, cujuscunq; se-
 xus aut gradus, qui tempore
 mortis testatoris non tan-
 tum in ejus potestate sunt, sed
 & proximi ad successionem
 reperiuntur *S. 2. J. b. r. S. 2.*
de ber. qua ab. junde tamen
S. 7. eod. Nepotes enim, & ul-
 teriores, si parentes illorum
 fuerint morte intercepti,
 vel emancipati, in eorum lo-
 cum succedunt, & jura suo-
 rum heredum consequuntur
dd. S. l. ii. ff. de lib. & postb.
l. 12. ff. qui testam. Uti autem
 à dividuo dicitur dividuitas
l. 80. S. ult. ad L. Falc. à pere-
 grino peregrinitas *l. 10. S. 6.*
ff. de injus. voc. Sic à dictione
 sui DD. suitatem deducunt,

qua

qua omnia illa, quae apud defunctum fuerunt, in successore continuantur; elegantius tamen dicitur jus sui quae suitas l. 1. §. pen. ff. de agn. & al. lib.

42. Quare dicuntur sui?

Quia non tam patri, quam sibimetipsis heredes sunt: quasi olim hi domini essent, qui etiam vivo patre quodammodo domini existimantur: nec post mortem patris hereditatem percipere videntur, sed magis liberam bonorum administrationem consequuntur, & domini sunt d. l. ii. ff. de lib. & posth. l. 14. ff. de suis & leg. her. ignorantesque obligantur l. 2. ff. de cond. furt. Sic & vivente patre possunt desinere sui heredes esse l. 1. §. 4. l. ii. ff. de suis & leg. her. l. 13. de inj. rupt. Est autem nomen sui heredis non populare & grammaticum, sed mere civile, tam marem quam feminam significans, & ex LXII. tab. descendens l. 220. ff. de V. S. l. ult. ff. de bon. damn. sic mulier non habet

suum heredem l. 4. §. 2. ff. de bon. poss. cont. tab. l. 13. ff. de suis & leg. Dicuntur modo sui heredes §. 7. J. l. §. 6. ii. ff. de adopt. modo necessarii heredes l. 2. ff. de cond. furt. modo sui & necessarii pr: & §. 2. b. modo absolute sui l. 1. §. 13. 16. ff. de agn. & al. lib. l. 1. §. 1. 7. 9. l. 2. §. pen. de suis & leg.

43. Quare dicuntur necessarii?

Quia ex L. XII. tab. omnino, sive velint sive nolint, tam ab intestato, quam ex testamento, heredes fiunt §. 2. b. idque vi patriae potestatis l. 5. de cond. & demonstr. l. 12. de cond. inst. praetor tamen ex jure decretivo permissivum fecit, quia volentibus abstinere hereditate permisit l. 8. 57. ff. de A. H. l. 30. §. 10. de Fideic. lib. l. 86. de her. inst. Eo ipso tamen praetor jus sui heredis non sustulit, quoniam abstinendi facultas in hoc duntaxat tertio suos emancipatis exaequavit, non autem omnino l. 87. juncta l. 89. ff. de leg. 1.

Hb 2 44. Con-

44. *Continuaturne etiam
possessio in suo herede?*

Neutiquam, quia illam debet apprehendere *l. 23. l. 30. §. 5. ff. de A. P. l. 1. §. 16. ff. si is qui testam. lib.* agitur enim hic de acquisitione derivatâ, quâ dominium sine possessione transferri potest *arg. l. 64. ff. de furt. l. 80. ff. de leg. 2. l. 1. §. ult. l. 2. ff. de publ. in rem act. l. 63. pr. ad SC. Treb.* secus ac in acquisitione originariâ *l. 1. §. 1. ff. de A. P. Consuetudo Gallie tamen, quâ le mort saist le vis,* tam in extraneum quam suum heredem ipsô jure transfert possessionem, *Tiraquell. tr. de hac consv. Chassan, in consv. Burg. d. rubr. Coras. 6. Miscell. 13. Alc. 10. sup. l.*

Ad §. 3.

45. *Quinam sunt heredes
voluntarii?*

Sunt illi qui pro lubitu hereditatem delatam acquirunt vel omittunt *l. 13. §. pen. de her. inst. l. 16. C. de A. H.* tales sunt extranei, seu omnes illi qui in potestate te-

statoris non sunt constituti, si alioquin sint ejus liberi; quia emancipati respectu patris, & omnes liberi respectu matris, extraneorû numero habentur, cum non sint sui *arg. §. 10. J. de adop.* Sic etiam servus heres institutus, & vivente testatore post testamentum manumissus, eodê jure censetur *l. 4. §. 1. ff. de bon. poss. contr. tab.*

Ad §. 4.

46. *Quanam est qualitas
heredis extranei?*

Ut cum eo sit testamenti factio, non eque activè, quâ testamentû facere potest, *t. t. qui testam. fac.* Sed duntaxat passivè, ut ex testamento factio possit aliquid capere *§. 4. h. l. 31. ff. de her. inst.* aliud autem est habere cum aliquo testamenti factionem: & aliud, ut DD. loqui amant, esse testamenti factionem activam vel passivam, hoc enim modo non satis congruè cû ill. loquimur, quia testamenti factio passivâ ideo implicat, quod actio, aut factio

factio non possit esse passio. Ita cum filiis: furiosis, & posthumis, nec non cum servis alienis, ex personâ domini, testamenti factio est *d.l.31.* Hi tamen, pinguius loquendo, & populariter, testamenti factionem etiam habere dicuntur *l.16. ff. qui test. fac. l. ult. ff. pro her. Ulp. tit. 22.*

47. Factio hac testamenti quibus temporibus inspicit debet?

Distinguendū hic est, inter institutionem puram & conditionalem: purè institutus duobus potissimum temporibus, quæ, seu duo extrema, intermedium, quod instituto non nocet, habent, debet esse capax, i. facti testamenti, ut institutio subsistat, nec per regulam Catonianam inutilis reddatur, *arg. l. 1. 4. ff. de reg. cat. 2.* Mortis testatoris, ut testamentum effectum habeat, & institutus hereditatem ex eo capere possit, *l. 6. §. 2. l. 59. §. 4. ff. de her. inst. l. 52. ff. de leg. 2.* Quamvis

autem & tempus ad eundem hereditatis, & in eo jus heredis, maximè inspiciendum sit *l. 40. §. 1. ff. de her. inst.* illud tamen tempori mortis testatoris, quâ capacitatem heredis, non opponitur, sed ita continuatur, ut unum sit, nec intermediū, quod instituto non noceat, ullomodo habeat, quin, instituto incapace existente, vel substitutum vel heredem legitimum admittat *l. 50. l. 67. §. 4. ff. de leg. 2.* tertium tamen tempus, non comparativè ad duo priora, sed ad distantiam mortis & aditæ hereditatis, quæ spacio differunt, in *b. §.* dicitur. Si verò conditionalis fuerit institutio, existentis conditionis tempus attendi debet, quia illa demum existente hereditas defertur *§. 11. J. de her. instit.*

Ad §. 5.

48. Quomodo acquiritur hereditas?

Uti heres vel acquirat vel omittit hereditatem *t. t. de acquir. Hb 3*

acquir. vel omitt. her. sic acquisitione consistit in ipsâ acceptance, quæ in suis contingit ipso jure l. ii. ff. de lib. & postb. l. 14. ff. de suis & leg. her. adeoq; , nisi se abstinuerint, se immiscere §. 5. b. l. 20. 38. 41. 87. ff. de A. H. vel appetere hereditatē l. 51. ff. d. i. q. eā verbis vel facto suscipiunt dd. ll. dicuntur: In extraneis autem, nisi eam repudiaverint, t. i. C. de repud. her. per gestionem pro herede, vel aditionem §. 5. 6. b. Quia in suis supervacanea dicitur aditio l. 17. ff. de inj. rupt. & irr. nisi abusivè loquamur d. l. 38. ff. de A. b. l. 4. C. de Instit. & sub.

49. Quæ beneficia sunt heredi indulta?

Duo, alterum ex jure veteri, quod aditionem præcedit, & dicitur Jus deliberandi, alterum ex jure novo, seu constitutione Imp: Justiniani, quod aditionem sequitur, vocaturq; beneficium inventarii §. 5. b.

50. Quid est Jus deliberandi, & quomodo competit?

Est consultatio de heredi-

tate ad eunda vel omittenda intra certum tempus, quod Princeps ad annum, magistratus autem ad novem menses, concedere solent, expedienda l. 19. l. fin. §. 13. C. h. t. Hoc autem tempus cretio olim vocabatur Ulp. in fr. tit. 23. §. 13. & deliberantes cernere dicebantur l. 13. §. 2. ff. de A. H. cretionum tamen scrupulosa sollemnitas tempore Arcad. & Theod. sublata est l. 17. d. 1.

51. Quodnam est beneficium inventarii?

Quo heres per bonorum in aditâ hereditate repertorum, sollemnem annotationē, ultra vires hereditatis non tenetur, nec damnum ex interitu rerum hereditariarum vel aliàs sentit, nec pendente inventarii confectione à creditoribus pot. conveniri, d. l. fin. §. 4. 10. 11. C. d. t. Dicitur inventarium aliàs repertorium l. 7. de adm. tur. & synopsis bonorum l. 5. §. 11. ff. de reb. eor. qui. Si autem heres inventarium non conferit,

erit, tenetur in solidum, nec
Falcidicam Nov. 1. c. 2 §. 2. d.
l. fin. §. 12. nec Trebellianicā,
quemadmodū, nec legitimā
filius, potest deducere arg. d.
l. §. d. Nov. cum nec solida
differentiæ ratio possit dari,
licet DD. & praxis sæpè con-
tradican, vide d. l. f. §. 2. §. 12.

52. Quæ sunt requisita le-
gitimi inventarii?

1. Ut intra 30. dies inchoe-
tur; & intra 60. dies alios, nisi
res hereditariæ alio loco,
quia tunc annus indulgetur,
sitæ sint d. l. fin. §. 3. perficia-
tur: adeoq; requiruntur 90.
dies, 2. ut ad ejus confectio-
nem omnes illi quorum in-
terest citentur, 3. in illorum
& tabellarii ac testium præ-
sentia fiat, 4. omnia bona
hereditatis, quia de omissis
in duplum tenetur heres d. l.
fin. §. 10. contineat, 5. subscri-
ptum sit ab herede vel Nota-
rio publico d. l. fin. §. 2. d.
Nov. 1. c. 2. Si tamen quædam
solemnitas omissa fuerit, illa
per juramentū suppletur, d.
Nov. 1. c. 2. hinc jure Saxon:
& moribus jurata designatio
æquipollet inventario.

Ad §. 6. 251

53. Quid est aditio here-
ditatis?

Declaratio voluntatis quæ
extraneus heres delatam si-
bi hereditatem verbis acce-
ptat: hæc enim acquisitio
quæ verbis expressis fit stri-
ctè loquendo vocatur aditio,
l. 77. de R. J. quævis, pinguiori
vocis significatione, etiam
gestio pro herede aditio vo-
cetur §. 6. b. hinc dicitur fa-
ctum aduentis in l. 10. §. 1. ff.
de bon. poss. cont. tab.

54. Quid est gestio pro he-
rede?

Est factum externum quo
heres suam de acquirendâ
hereditate voluntatem de-
clarat, seu aliquid facit quasi
heres; hoc autem animo id
factū esse debet, ut velit esse
heres, adeoq; gestio pro here-
de nō est nudi facti, sed animi
l. 20. ff. de A. H. qui tamen ex
facto colligitur l. 5. C. de Jur.
delib. l. 49. ff. fam. erc. quia pro-
positum in mente retentum
nihil operatur l. 7. C. de cond.
ob cas. dat. ubi DD. sed ex ipsâ
administratione colligitur.

Ad

Ad §. 7.

55. *Quanam sunt opposita aditioni?*

1. Repudiatio, seu recusatio, verbis vel facto declarata *Rub. Et. t. C. de rep. her. l. 17. §. 1. l. 95. de A. H. semel autem repudiata hereditas non potest revocari, ut nec adita, nisi causa subsit, repudiari l. 88. de ber. inst. l. 4. C. de rep. her. junctâ §. 5. b. l. 7. §. 5. de min. l. 57. pr. §. 1. ff. de A. H. 2. Præscriptio longissimi temporis, quia juri ad eundem, etiâ si ignoret heres sibi delatâ hereditatem, 30 annis præscribitur *arg. l. 7. C. de ber. pes. l. 3. 4. C. de præscr. 30. vel 40. ann. l. 3. C. de Instit. Et subst. junge l. 9. C. de jur. del. Ad §. 8.**

56. *Quomodo surdus aut mutus acquirunt hereditatem?*

Gestione pro herede, dummodo intelligant quid agunt *l. 5. l. 93. §. 1. de A. H. l. 65. §. 3. ad SC. Treb.*

57. *Quomodo transmittitur hereditas?*

Distinguendum est inter heredes extraneos & suos:

illi hereditatem non aditam nec veteri, nec Justiniano, jure transmittunt l. un. §. 5. C. de Cad. toll. Jus tamen deliberandi de aditâ hereditate, & quidem tantum temporis quantum heres tempore mortis suæ adhuc habebat, successoribus datur, l. 19. C. de Jur. delib. junctâ d. l. un. §. 5. Transmittitur etiam jus ad eundem ad extraneum heredem si interim lege, jure, aut facto alterius, quo minus adire possit, impediatur l. 86. ff. de A. H. l. 3. §. 18. Et 30. l. 4. de SC. Silan. Hi, quia ipso jure heredes sunt, aditione non indigent l. 14. ff. de suis Et leg. §. 2. b. t. ideoque hereditatem non aditam transmittunt ad quemcumque heredem l. 8. C. de suis Et leg. her. l. 9. de Jur. fisci quod ex constitutione Theodosii l. un. C. de his qui ante apert. tab. junctâ d. l. un. §. 5. ad quoscumque liberos, à parentibus heredes scriptos, extenditur. Sic etiam hereditas infanti in PP. constituto delata, si infans, antequam pater eam adiret, decesserit, jure PP. à patre capi potest l. 18. C. de Jur. delib.

Exa

Solerti studio prudentum pulpita scandis,
 Et Successorum jura perita doces
 Credas, non alia prudentia discitur arte,
 Præmia consequeris sedulitate tuâ.

Florentissimo Domino Respondenti

PRÆSES.

Conspicui celerat qui scandere culmen honoris;
Hunc animo forti fas est perferre labores,
Resq; decet claras nunquam non volvere mente:
Indigitat studium hoc sanctæ Themidis quoque gnævum,
Solers ac legum revolutio, Candide Amice;
Titan sæpe dies totos quem vidit anhelus
Indulgere operi, Et totas Proserpina noctes:
Alma Themis roseum contra tibi pollice fertum
Nectere perfacili gestit, nomenq; referre
Venturam ad sobolis sobolem, modo præmia letus
Suscipe: quid cessas? columen tu nobile stirpis
Atq; tui patris spes unica; perge tuorum
Respondere piis votis, Spectore virus
Nigrum magnanimo invidia contemnere disce,
Hisq; magis tu contra malis audientor ito.
Omnipotens tandem tua capta Jove secundet:
Lataq; Lux Phæbi veniat tibi Vespera lata.
Teq; velit cumulare aquila vernante senecta.

COMMENSALES.

Woldem der sich bemüht die Spitzen zu ersteigen/
 Des Edlen Helicons/ da sich die Musen zeigen;
 Der liebt was liebens wehrt; der sieht was sehens
 wehrt;
 Der findt was findens wehrt/ das Phobus Ihm beschreht:
 Bor:

Vor Mühe/ Ruhm und Ehr. O unschätzbare Gaben!
D aller Schätze Schatz! was kan man besser haben?
Zwar muß man saur und schwer denselben steigen an/
Durch Müh' und Fleiß/ eh man Sie recht erlangen kan.
Was aber? Müh' und Fleiß? Ein Kind der Charitinnen
Hält Arbeit nur vor Lust: weil von Parnassus Zinnen/
Wenn Sie erstiegen sind/ Ihm ist versprochen Lohn:
Vor Arbeit Ruh und Lust/ vor Fleiß die Ehren-Krohn.
Wie solches klar beweist ein gleicher Sohn der Musen/
Der Sich von Jugend auff gesellet zu Medusen:
Hat Seine Zeit mit Fleiß und Arbeit Tag und Nacht
In Baldus Schrifft/ auch sonst in Büchern zugebracht.
Nun hat Er mehrentheils den Edlen Berg erstiegen
Durch sauren Fleiß und Müh: Nun kan Er endlich siegen.
HERR AHRNHOLTZ unser Freund/ und wehrter Lan-
desman/

Er geht noch eine Stufe des Berges wieder an:
Daß Er erlangen mög den höchsten Grad der Ehren/
Da Er sich öffentlich im disputat läßt hören,
Wir wünschen Glück. Nur dran! löß auff den schweren
Der Fragen/ die man bringt/ durch freyer Künste Hand Band
Du liebster Themis Sohn! Benecke deine Lippen/
Zu diesem Streik/ mit dem Crystall aus Arganippen/
Und halte tapffer dich/ wie der Tyrinther Held/
Daß du behalten mögst/ nach unserm Wunsch das Feld.
So propheceyen wir: Du wirst bald überwinden/
Und recht die Ehren-Spiz/ wornach du strebest/ finden:
Da Du kansst feste stehn/ wie Taurus gipfel-Haar/
Die ganz kein Sturm bewegt/ noch einsige Gefahr.
Dieses setzten aus schuldiger Wohlgewogenheit/ Ih-
rem hochgeehrten Herrn Landesman/ die sän-
pelliche alhier studierende

POMMERN.

247
qua omnia illa, quae apud defunctum fuerunt, in successore continuantur; elegantius tamen dicitur jus sui quae sinitas l. 1. §. pen. ff. de agn. & al. lib.

42. Quare dicuntur sui?

Quia non tam patri, quam sibi metipsis heredes sunt: quasi olim hi domini essent, qui etiam vivo patre quodammodo domini existimantur: nec post mortem patris hereditatem percipere videntur, sed magis liberam bonorum administrationem consequuntur, & domini sunt d. l. ii. ff. de lib. & posth. l. 14. ff. de suis & leg. her. ignorantesque obligantur l. 2. ff. de cond. furt. Sic & vivente patre possunt desinere sui heredes esse l. 1. §. 4. l. ii. ff. de suis & leg. her. l. 13. de inj. rupt. Est autem nomen sui heredis non populare & grammaticum, sed merè civile, tam marem quam feminam significans, & ex LXII. tab. descendens l. 220. ff. de V. S. l. ult. ff. de bon. damn. sic mulier non habet

suum heredem l. 4. §. 2. ff. de bon. poss. cont. tab. l. 13. ff. de suis & leg. Dicantur modo sui heredes §. 7. f. l. 8. 6. ii. ff. de adop. modo necessarii heredes l. 2. ff. de cond. furt. modo sui & necessarii pr: & §. 2. b. modo absolute sui l. 1. §. 13. 16. ff. de agn. & al. lib. l. 1. §. 1. 7. 9. l. 2. §. pen. de suis & leg.

43. Quare dicuntur necessarii?

Quia ex L. XII. tab. omnino, sive velint sive nolint, tam ab intestato, quam ex testamento, heredes fiunt §. 2. b. idque vi patriae potestatis l. 5. de cond. & demonstr. l. 12. de cond. inst. praetor tamen ex jure decretivo permissivum fecit, quia volentibus abstinere hereditate permisit l. 3. §. 7. ff. de A. H. l. 30. §. 10. de Fideic. lib. l. 86. de her. inst. Eo ipso tamen praetor jus sui heredis non sustulit, quoniam abstinendi facultas in hoc duntaxat tertio suos emancipatis exaequavit, non autem omnino l. 87. juncta l. 89. ff. de leg. 1.

Hb 2

44. Con-

